



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

22 Pensiones, quibus personis parentibus privilegio clericali possint  
reservari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

**ex supradictis, & verificare omnia alia per ipsum narrata, ut si narravit, quod consentiens pensioni per plures annos beneficium possedit, quodque fructus beneficii ascendent ad summam tot ducatorum, 21 quod ipse sit clericus, ceteraque omnia narrata. Abb. in cap. fin. n. 8. de presumpt. Ror. decis. 9. circ. med. de prob. in nov. decis. 6. n. 6. de prob. in antiquior. & Felin. in c. ad aures, n. 4. vers. tertia conclusio, de rescript. quia non existentibus veris narratis, gratia redditur subreptitia, & nulla. Innoc. in c. cum dilecta n. 3. de rescript. Ab. in c. postulasti, n. 1. eod. tit. & in cap. cum nostris, n. 11. de concess. prob. Rom. cons. 327. in fin. & Felin. in c. significante, n. 3. eod. tit. de rescript. tenetur praeterea probare, se esse clericum, exhibendo privilegium clericale, cap. legum, 2. q. 1. Rebus. pract. benef. de form. lit. cons. num. 22. p. 1. & Gig. de penit. quest. 22. num. 8.**

**18 Nec suffragaretur clericatus + collatus post reservationem pensionis, quia tempus data est attendendum, cap. eam te, & ibi Felin. num. 18. de rescript. clem. fin. eod. tit. & gloss. in cap. statutum, in verb. canonico, circ. fin. eod. tit. in 6. cum habilitas supervenientis nihil operetur, cap. si eo tempore, eod. tit. in 6. cap. non firmatur, de reg. jur. eod. lib. & l. quod ab initio ff. eod.**

**Hinc autem, quod minor etatis requisitae in beneficio impetrato, licet + postea efficiatur major, cum tempore data esset minor, non valet impetratio. d. cap. si eo tempore, de rescript. & pariter si non erat clericus, licet postea promoteatur, collatio non tenet, quia beneficia laicis non conferuntur. c. cum adeo, de rescript. gloss. fin. in c. 2. de instit. & Felin. in d. cap. cum adeo, qui plura cumulat. de rescr. + Ea est**

enim ratio, quia laicus non est capax iuris spiritualis. cap. sacrosanct. a. 5. attentes. de elect. & cap. causam, cum gloss. in verb. detinere, de prescript. sequitur etiam, quod + liberi hominis stipulatio non valet, licet postea servus efficiatur, vel rei sacræ, licet fiat postea profana, l. interstipulantem. S. sacram. ff. de verb. oblig. & testamentum furiosi, vel impub. cum non valeat, licet postea furiosus efficiatur sanx mentis, & impubes efficiatur pubes, non convalidatur. S. præterea, instit. qui non est perm. face. testam. & c. sicut tenor, & ibi gloss. in ver. extra mentem. de regular. præterea impetratio judicis, & constitutio procuratoris excommunicati, quæ fuerunt nulla à principio, non convalidantur, licet postea sequatur absolutio. gloss. in cap. statutum, in verb. canonico, de rescript. in 6. & Dec. in cap. post cessionem. n. 55. & 56. de probat.

Reservatur tamen quandoque pensiones etiam personis, quæ carent privilegio clericali, + praesertim militibus Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitanorum, S. Lazarus, & aliorum ordinum, de quibus suo loco dicetur; & etiam non militibus, quibus beneficia quoque conferri possunt cum assertione, quod sit scholaris, & clausula, cupientis militiae clericali adscribi. Felin. in d. c. fin. in princ. de presumpt. Ex privilegio Apostolico reservantur quoque laicis conjugatis cum facultate, etiam transferendi, ut, quo ad reservationem pensionum, & seu & u. concessit Leo X. collegio militum S. Petri de Vrbo, ut in Bull. Rom. constit. 36 sicut prudens, quæ una cum omnibus aliis concessis Pius V. revocavit, const. 71. sacrosanctum. circa principum, & nihilominus Sextus V. postea colle-